CARISSIMO PATRI

NECNON

DILECTISSIMÆ MATRI

Grati animi Pignus.

J. C. Demangeon.

SYNTHESES PHARMACEUTICÆ ET CHYMICÆ,

A PROFESSORIBUS

TUM FACULTATIS MEDICÆ,

TUM SCHOLÆ PHARMACEUTICÆ,

DESIGNATÆ ET PUBLICÈ EXPONENDÆ.



PARISIIS,

E Typis COUTURIER, Scholæ Pharmaceuticæ Typographi, viâ vulgò dictâ Sancti Jacobi, N°. 51.

M. DCCC. XII.

PROFESSORES FACULTATIS MEDICÆ.

CHAUSSIER.
DÉYEUX.

PRÆFECTI SCHOLÆ PHARMACEUTICÆ.

VAUQUELIN.
LAUGIER.
CHERADAME.

PROFESSORES EJUSDEM SCHOLÆ.

BOUILLON-LAGRANGE.. HENRY.	pro Chymiâ.
NACHET. . . . . BOURIAT.	pro Pharmaciâ.
VALLÉE. . . . . ROBIQUET.	pro Historiâ Naturali.
L. J. GUIART. . . . . . D. L. GUIART.	pro Botanice.

SYNTHESES PHARMACEUTICÆ ET CHYMICÆ,

A PROFESSORIBUS TUM FACULTATIS MEDICÆ, TUM SCHOLÆ PHARMACEUTICÆ, DESIGNATÆ ET PUBLICÈ EXPONENDÆ.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

℞. CAPILLORUM Veneris Canadensium . . unciam unam.
Infundantur per duas horas in
Aquæ bullientis . . . . libris duabus.
Coletur liquor et cum
Sacchari albi . . . . libris quatuor
fiat Syrupus aquâ Naphæ, si lubet, aromatisandus.

PASTILLI FLORUM ARANTIORUM.

℞. SACCHARI albissimi . . . . libram unam.
Aquæ Florum Arantiorum fragrantissimæ . . uncias quatuor.
Coque in Electuarii solidi consistentiam; hinc supra marmor effunde, ut fiant Pastilli.

Vel igne lento exsicca, pistillo ligneo indesinenter massam agitando, dum in pulverem abeat.

PULVIS CORNACHINI (*sivè DE TRIBUS*).

℞. Scamonii Alepensis.	}	ana pondus æquale.
Crystallorum Tartratis aciduli potassæ . .	}	ana pondus æquale.
Antimonii summè oxidati	}	ana pondus æquale.

Fiat, ut artis est, omnium Pulvis tenuissimus.

EMPLASTRUM FUSCUM, vulgò UNGUENTUM MATRIS.

℞. Adipis Porcinæ	}	ana uncias octo.
Butyri recentis	}	ana uncias octo.
Ceræ flavæ.	}	ana uncias octo.
Sebi Arietini	}	ana uncias octo.
Oxidi plumbi semi vitrosi præparati . .	}	ana uncias octo.
Olei Olivarum		libram unam.

Coque more Emplastri, donec ex fusco nigrescat.

CONFECTIO DE HYACINTHO.

℞. Lapidum Hyacinthorum præparatorum . .		unciam semissem.
Terræ sigillatæ præparatæ	}	ana uncias tres.
Lapidum cancrorum præparatorum . .	}	ana uncias tres.
Cinnamomi		unciam unam.
Foliorum Dictâmni Cretici	}	ana drachmas tres.
Santali citrini	}	ana drachmas tres.
Mirrhæ electæ		drachmas duas.

Fiat omnium pulvis tenuissimus. Tum

℞. Croci seorsìm pulverati . . . . unciam semissem.
Syrupi limonum. . . . . libras duas.

Nota 1°. Syrupum de limonibus frigidum esse debere, cum croco admisceatur, in vase faventino, cum pistillo ligneo;

2°. Reliquum pulverem deinde admiscendum esse;

3°. Ut debita confectionis consistentia permaneat, pro unâquâque confectionis librâ, adjiciendam esse Mellis Narbonensis optimi. . . . unciam unam.

Denique folia auri et argenti, si lubet, confectioni peractæ commisceantur.

EMPLASTRUM EPISPASTICUM.

℞. Cantharidum pulveratarum. . . . uncias quatuor.
Euphorbii pulverati. . . . . drachmas quatuor.
Picis Burgundiæ. . . . . } ana uncias sex.
Terebinthinæ. . . . . }
Ceræ flavæ . . . . uncias duas.

Cera, Terebinthina, et Pix liquentur, iisque ab igne remotis, pulveres admisceantur, et agitando, redigantur in Emplastrum.

LAUDANUM LIQUIDUM SIDENHAMI.

℞. Opii selecti in taleolas secti . . . . uncias duas.
Croci . . . . unciam unam.
Cinnamomi. . . . . } ana drachmam
Caryophyllorum pulveratorum . . . } unam.
Mitte in vas idoneum. Affunde
Vini Hispanici . . . . librám unam.

Digere per aliquot dies, balneo-maris, vas identidem agitando. Cola et serva.

ACIDUM BORACICUM.

℞. Boratis sodæ . . . . uncias octo.
Solve in aquæ bullientis sufficienti quantitate. Adde
Acidi sulphurici . . . . uncias tres.

Vapora donec laminæ concrescere incipiant, reponatur liquor in loco calido sensim refrigescente, ut formentur crystalli ; aquâ frigidâ laventur, siccentur et serventur.

Ex aquâ primâ decantatâ denuò vaporatâ, Sulphas sodæ obtinebitur.

MURIAS HYDRARGIRI CORROSIVUS,

(Olim Mercurius sublimatus corrosivus.)

℞. Mercurii purissimi . . . . uncias duodecim.
Mitte in matratium. Affunde
Acidi nitrici . . . . uncias quatuordecim.

Impone arenæ tepenti ad absolutam dissolutionem.

Hanc decapula in cucurbitam vitream. Igne arenæ leni vaporet ad siccitatem. Massam superstitem in mortario vitreo pulvera. Misce cum

Sulphatis ferri ad albedinem exsiccati. }
Muriatis sodæ decrepitati. . . . . } ana unciis duodecim.

Mixtura inde reponatur in matratium triplo capacius, quod mediâ sui parte demergatur in arenâ. Suppone ignem per gradus ad summum urgendum, duodecim circiter horarum spatio. Murias mercurialis corrosivus vasis lateribus adhærens sublimabitur.

HYDRO-SULPHURETUM RUBRUM OXIDI STIBII SULPHURATI,

(*Vulgò* KERMES MINERALE.)

℞. AQUÆ pluvialis . . . . libras octoginta.

Bulliant in vase idoneo ad aërem immixtum expellendum; aëre expulso, in iis solve

Carbonatis Sodæ. . . . . libras octo, quod solutum, horæ circiter dimidium, etiam bulliat, spatulâ ligneâ agitando, cum

Sulphureti stibii tenuissimè pulverati . . . . unciis sex.

Liquor fervens filtretur, quiescat per duodecim horas, tum decantetur. Pulvis residuus rubens, super chartâ emporeticâ expansus, edulcetur, affusâ identidem aquâ etiam aëre privatâ, donec insipida exudet.

Pulverem sub umbrâ exsiccatum in vase opaco servabis.

Primò selectis, ut artis est, et publicè expositis materiis suprà scriptis, die Sabbathi decimâ sextâ Maii anni 1812, *et octavi anni* NAPOLEONIS *Imperii, horâ undecimâ matutinâ, Historiam Naturalem, et omnia quœ ad praxim pertinent, enarrare ac demonstrare tentabit* JOANNES-CAROLUS DEMANGE, *Lunevillensis, in Distributione Mortœ.*

Dein ad illarum Synthesium operationes exequendas, diebus subsequentibus, manum et industriam admovebit. Tandem confectas et perfectissimas Professorum oculis et examini subjiciet, die Martis decimâ nonâ eorumdem mensis et anni, et eâdem horâ matutinâ, in Scholis Pharmaceuticis, viâ vulgò dictâ de l'Arbalète.